Bernardinus Senensis: Sermones de evangelio aeterno
[Basel: Johann Amerbach, not after 1489] Seite 145



quodam ꝯtēptu talis mordet ⁊ corrodit alio
rum vitam. ⁊ eoipso ꝙ sic iudicanť eis irre=
uerentia ⁊ ꝯtumelia irroganť.

## De tertijs q̄ttuor fructib⁹ im pij ⁊ falsi iudicij. Cap̄. iij.

n Onus fruct⁹ est excecatio. Mul=
ti eni inuidia ⁊ odio atq̃ oi mali=
cia pleni plerūq̃ nesciūt ď alijs ni
si malū iudicare seu sentire teme=
rarie. Auarus nō pōt credere aliquē nō esse
auarū. sic luxuriosus non pōt intelligē ali=
quem esse castū: similiť de supbo ⁊ sic ď alijs
vicijs sicut Sap̄. xvij. diciť. Semp p̄sumit se=
ua pturbata ꝯscia. Et vtiq̃ ꝓuerbiū est. Cre
dit latro ꝙ oēs sint frēs eius Eccl. x. Stult⁹
in via ambulās cum sit ipse insipiēs oēs esti
mat esse stultos. Et Senē. i li. de morib⁹. Hoc
aūt habet ois affectus vt in qđ ipse insanit:
in idem putat ceteros insanire. Cuius rō est
quia sicut qui rectum baculū videt in aq̄ iu=
dicat illum fractū. ⁊ arbores ibi eūsas videt.
ꝓpter auersionē vmbre ⁊ in speculis dexte=
ra videtur sinistra ⁊c̄. Sic impietas impij ꝑ=
uertit iudiciū suū. Vn̄ Chryſ. sup Mat. Si=
cut difficile aliquē suspicať malū qui bonus
ita difficile suspicať aliquē bonū qui malus ē
Oculis etiam sanguīe plenis celū ⁊ quecūq̃
alie res videnť rubee. Insup ꝑgentib⁹ i na=
uibus videnť montes cum tn̄ imobiles ꝑse=
uerāt: sic sepe malicia mentis ꝑuertit iudiciū
rōnis. ꝓpterea merito tali aie. ij. ad Rhom̄.
apl's ait. In q̄ eni alterū iudicas teipsum cō=
demnas. Decim⁹ fruct⁹ est detractio. Nā
tale iudiciū temerariū radix est ⁊ fomētū oiſ
detractiōis. Vn̄ apl's ad Rho. j. ait. Detra=
ctores deo odibiles. Et merito ſm Bern̄. su
per Cant. dicentē. Nec mirū si sint deo odi=
biles: cum istud viciū charitatē que ďs ē acri
us ceteris impugn̄re ⁊ ꝑseq̄ videať. Qui eniz
detrahit p̄mo se ꝑdit vacuū charitate: dein=
de intēdit vt is cui detrahiť veniat in odium
Ferit igiť charitatē in oib⁹ q̄ audiūt linguaz
maledicā: ⁊ q̄ntum in se est necat fundit⁹ ⁊ ex=
tinguit. Hinc Iacl. iiij. diciť. Qui detrahit
fratri aut qui iudicat frēm suū detrahit legi
et iudicat legem. Si aūt iudicas legē non es
factor legis: sed iudex. vnus est eni legislator
et iudex: qui potest ꝑdere ⁊ liberare. Tu aūt
quis es qui iudicas ꝓximū tuū? Undeci=
mus fructus est punitio. In penā x̄o pecca=
ti datur temerarij iudici qđ ꝓnus fiat ad su=
bito iudicandū. Nam ſm Alex. in. ij. sicut ali
qui ducunť in ꝯsuetudinē iurādi ⁊ ꝑ hoc de
facili peccant ⁊ ꝑiurant ꝯtra illud Eccl. xxiij.
Iurationi nō assuescat os tuū: multi eni ca=
sus in illa: ita ꝓprio motu ducunť in ꝯsuetu=
dinē temere iudicādi ⁊ suspicādi. ⁊ sic est pec=
catū ⁊ peccati pena ſm eundē. Duodeci=
mus fructus est obliuio. s. sui. Aduersať eni
ꝑuigili circūspectioni suiipsi⁹ ⁊ ꝓfunde re=
collectioni sui. ad intima cordis sui. Nec faci
le p̄nt tales ad se redire vagi ⁊ distracti ꝑ ali=
as edes. Et ideo hō obliuiscit̄ suiipsius cum
assuescit iudicare alios nec seipsum iudicat:
et ideo merito a dn̄o iudicať. Quia ſm aplz
j. Cor. xj. si nosmetipsos iudicarem⁹ nō vtiq̃
iudicaremur. Cum q̄s igitur infectus fuerit
duodecim his fructib⁹ in hac temeraria ma=
lignitate jam diues ad tantā insaniā venit vt
oia benefacta ꝑuertat in malū: sicut fecerunt
scribe ⁊ pharisei de bonis oꝑib⁹ christi. Di=
cunt eni si quis studet ⁊ vacat hūilitati hypo
crita est. si recreatiōi gulosus est. si patientie
timidus est. si iusticie impatiēs est. si simpli=
citati fatuus est. si prudētie maliciosus est. si
maturitati fleumaticus est. si iocūditati dis=
solutus est. si religioni singl'aris est. si societa
ti seculari est. si silentio ⁊ patie dissiľator ē. si
alioꝝ correctioni p̄sumptuosus est. si instat
vigilijs ⁊ oronib⁹ indiscret⁹ est. si cōi dormi=
tioni somnolētus est. si p̄dicationi ⁊ aliorum
saluti appetitor laudis est: si desistit negligēs
est ⁊ remissius ē. si habet gr̄am hoium adu=
lator est si adulari renuit supbus est. O de⁹
q̄s poterit euadē ab his labijs iniq̄s ⁊ lingua
dolosa: cū ⁊ te dn̄e iesu christe nō legim⁹ eua=
sisse? Sed vere tandē euasit iudicat⁹ a malis
ventur⁹ in veritate iudicare viuos ⁊ mortu=
os. Cum quo ⁊ nos euadere faciat patia sua
benignitas sua ⁊ charitas sua vincēs semꝑ
in bono malū: vt tandem ad dexterā suam
collocati euadam⁹ iudiciū vltiōis ⁊ in eter=
num ꝑfruamur eius gloria sempiterna Am̄

## Feria. vj. post primā dn̄icam in. xl. de peccato contra naturā. Sermo. xv.

s Urge tolle gra
batū tuū ⁊ ambula Io. v. et in
euāgelio hodierno. Fetor hor=
ridus ⁊ horror iam in sola cogitatiōe reple=
uit animā meam. Et de quo intendo hodie
p̄dicare: pudet etiam noiare. charitati zelus
armatus insurgit ꝯtra hoc scelus ⁊ abomia=
bilis fetor eius pudorē mentis refellit. tace=
re non valet amor. loqui non sinit pudor. at



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-493/0145
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG